

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|---|--|
| <p>Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulacra Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p. vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis raris Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v. Alberto Voite dicitur.</p> <p>XXIX. Festschii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyffelio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq. Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyffelii &.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Jo. Pr. Pr. XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Pr. Pr. in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Copenii.</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Popleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Copenii Gratiam. Pr. Pr. Magister.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum sigula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pr. Pr.</p> <p>XLIX. M. Pr. Pr.</p> <p>L. Richardi.</p> <p>Wolfgangi Hanen.</p> |
|---|--|

Ec. 11



76

LXXVI.

EPITHALAMIA

IN

HONOREM

ERVDITIONE

EXIMIA ET EXCVLTAVIRTVTE

ORNATISSIMI VIRI IVVENIS

VALENTINI HEISEI

Cum

LECTISSIMA ET PVDICISSIMA

VIRGINE

ANNA

INTEGERRIMI VIRI DN. ISAACI

VVALTMANNI P. M. CIVIS ASCA-

nienfium olim primarij filiâ

relictâ.

Ad 15. Aprilis nuptias celebrantis

Benevolentia & sincerâ amicitia ergò ab Amicis
conncinnata.



Wittebergæ.

Excudebat Typis Andreas Rüdinger

ANNO M DC XI.

32



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the words "HONORARI" and "EXCITATION".

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the words "LECTURAM" and "MAGISTRUM".

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the words "Benedictus" and "Rohrberg".





Votum nuptiale.

Vota novis primum Sponsis faciunda. Quid autem
Apprecer è multis cordeque & ore boni?
Divitiarum alij montes onerataque puro
Plaustra ferant auro, conjugibusque dicent.
Aurum quid? Splendens nisi massa lutumque subactum,
Scitius, aut conchæ quid, nisi terra nitens?
Firma valetudo gemmis sit pensior; auro
Carior ambiguus nobiliorque bonis.
Vivere enim haud vita est. Sed ritè probèque valere,
Quem cruciant morbi, næ malè vivit homo.
Sit pietatis amor quoque mentibus; unio binos
Fixim animos jungat; servet ubique pares:
Sit thalami munus, multæ facundia prolis;
Fiat avoque nepos, neptis itemque avix
Vota novis primum Sponsis jam facta. Quid autem
Apprecer è multis majus & uberius.

*M. Valentinus Athenæus S. S. Th. Stud.
Φιλαδελφίας χάρειν*

Concipe nunc flammās imo de pectore Sponse,
Ut sincerusa mor concepto crescat amore:
Scilicet ipse Deus talem tribuit tibi Nympham,
Quam vestit pietas, & summa modestia morum,
Quam satis eximij commendat gratia vultus,
Et quam fulgentes Splendent in vertice gemmæ,
Et quam fulgentes auro radiante coronæ
Exornant tenerum gemmata monilia collum
Et quam præ reliquis miro es dignatus amore.
Hæc tibi solamen dabit & quoque dulce levamen
Hæc te non tristem reddet sed lætificabit,

A 2

De-

Depellet curas & luctus ipsa levabit,
Et dabit ora tibi dulcissima basia dulci
Omnia semper erunt tibi Valentine parata.
Percipe propterea doctissime gaudia Sponse
Quod talem Sponsam tibi fata secunda dedere,
Et fac quæ tua sunt, ac non tua cætera linque:
Et tibi si vires Si mens in pectore præsens,
Has tenta ac ANNAM caram complectere Sponsam
Dum tua res agitur, telis audacior esto.
Sic eris acceptus nec non gratissimus hospes.
Et tu Sponsa simul dulci complectere amore
Sponsum, quem tibi fors & fata secunda dedere
Ipsius ac ori rubris da basia labris,
Tunc pax perpetuo vestras circumdabit ædes
Quia nihil est melius, Deus & vos prole beabit.
Quod super est tandem, vobis precor ut benè cedat
Conjugium vestrum Superando Nestoris annos,
Ac cæptis vestris aspirent prospera fata.

*Iohannes Rovvaldus Ascanius sacrosanctæ
Theologiae studiosus honoris ergo of-
fert & deditat.*

VOTUM NUPTIALE.

DUm sacra conjugij Christo duce & auspice jura
Magnanimo dexter corde subire paras
En voveo Fatis vim vota ferentia, votis
Annue divino numine sancta Trias,
Absit iniqua salus, lis, vis, metus absit, at adsit
Undique pacifico murmure blandus amor.
Sic Phlegethontiacis furia atque injuria vinculis
Non poterit vestro pressa nocere toro,
Sic simul EUSEBIE JUNO & LUCINA VALENTI
Pacis oliviferæ debita pensa dabit.

*Gallus Derlingius
Ascanius.
EPI.*

EPITHA LAMION

Ornatissimo-viro iuveni

VALENTINO HEISIO ASCANIO

ET LECTISSIMÆ VIRGINI ANNÆ VVALT-

MANNÆ CONCINNATUM

AB

HERMANNO *Bruchmano Ascanio.*

Hactenus intactus Paphiæ stridente sagittâ
HEISIUS, Aëonidum laus, Themidosque decus,

Vranimâ Penitas trajectas cuspide fibras

sentit, & insolitâ fervere corda face.

Cui se suada potens, cui se Themis aurea, cui se

Lactea Calliope, Gratio læque vovent,

Qui geminis cyncis direptus ad enthea Phæbi

Æternæ laudis semina victor habet.

sed quis SPONSÆ, faces ferventes ventilat autor?

Quisve Heliconiadum linquere iussit opus?

An pia, culta, decens, proba, bella, rosella puella,

Atque venustatis laude novella VENVS?

An VVALTMANNIADUM de stirpe exorta virago

Ossa cupidineis ustulat igniculis;

Et blandi vultus radiis penetralia cordis

Fervores Paphios insinuando ferit?

O mihi se in sinuent cœlestia semina mentis;

Et Clarius doctas proferat imber aquas?

Pritho ambrosios mihi Phœbi indulgeat amnes,

Et me Mæonij nectaris haustus alat!

Regio ut possim laudis me credere campo,

Et SPONSÆ ingenuo flore notare decus.

O ciem aureolam! quis te formavit Apelles

Parrhasij artificis peniculô atque manû?

O item! o pectus, vultus roseumque pudorem,

quem pulcra ingenuô temperat ore Charis!

O umbra Idalij floris redolentia succos!

O linguam! o dulci melle labella magis

A B

Dul-

Dulcia! quid nectis remoras cultissime SPONSE?
Conscia mens flammaram urget amoris opus:
Procede, ac ori vibrantibus oscula linguis
Ingere, & ignotis basia suge notis.
Namque verecundis se SPONSA tenella labellis
sistit, & adspersit, mulla refusa labris.
Te petit ipsa virum, tuque hanc petis esse maritam.
Te cupit esse suum? tu cupis esse tuam.
Fallor? num Idalius præcordia lancinat æstus,
Quem dat Diva Paphi, quem dat honestus amor?
Haut fallor, castis se miscet flamma medullis,
Et Cytherea suas ventilat æqua faces.
Culte VALENS lætò plausu tete erige, differ
Tristitiæ nebulas nobiliore face.
HANNA tua est: CHARIS ergo tua est: idiomate sancto
HANNA suò CHARITUM nomine Numen habet.
AGLAIAM ne petis? culta indultuque sacrarum
Virtutum, AGLAIAM se tibi Sponsa probat.
EYPHROSYNEN maris? solamine amoris amarum
Quæ fuget, EYPHROSYNEN se tibi Sponsa gerit.
Suspiras THALIAM, lætenti flore puellam,
Candidulam? THALIAM se tibi Sponsa dabit.
HANNA venit: CHARIS ergo venit TRINUNA, pioque
Affectus facili flectet amoris ope.
Quis quæsonatus meliori sideris aurâ?
Cui fors respondit nobiliore fide?
Te jam muneribus cumulantque beantque petitis
Phæbus Apollo suis, & venus alma suis.
Palmam, SPONSE, novâ decoratus laude reportas
E castoque toro, Pierioque chorò.
Sic sortum Fato votum. Fatumque vicissim
Votò cerno piò, Numine dante, ratum.
Fata tua, & tua vota simul felicia miror.
O Fatò & votò Sponse beate tuò!
Sit tibi SPONSA decus VENERILLA, tenella columba;
sit tibi mel, mullum, sit tibi dulce merum.

Sic facili nifū thalamo concordia crescet,
 Sic amor haut unquam vester amaror erit.
 Sic vitæ stadio parili vivetis amore
 Fortunati annis, fanore, prole, penū.

ACHROSTICHS.
Nominaet cognomina Sponsi Sponsæque
referens

V ota fero Sponso Valtino prospera vot	A
Virgine cum casta qui nova festa parat.	
A pprobo Sponse tuum factum (nam pignora nume	N
Divinum casti laudat amatque tori;	
L ectam quod jungis tibi Sponsam, dulce solame	N
Rebus in adversis, res placet ipsa DEO.	
T erris nam thalamo cœlestis gaudet IOV	A
Et castus castis gaudet adesse toris:	
I ucundusque torus Phœbo, mirabile dict	V
Iucundus castis angelicisque choris.	
N il his prosperius, cedunt his omnia saust	A
Pectore qui puro jura marita colunt.	
V el quod inis lecti concessi fœdera, quod ve	L
Iam nova festa paras, sponse, beatus eris.	
S ponte igitur sponsam complectere quam tibi jungi	T
Conjugij sancti rector amore pio,	
H anc ambi castam castis amplexibus Anna	M
Hanc unam toto dilige corde tuam;	
E t nunc fige genis formosis basia mult	A
Oscula sicque tibi plurima reddet ea:	
S ponta petita venit, virtutis amabile lume	N
Ex oculis splendet, splendet & ore nitor.	
E rgo torus non sit sterilis, sed prole beatu	S
Comprecor, haud vota hæc irrita Iova sinat.	

ALIVD.

Quam faciles agit ille dies, quicunque subire
 Iucundi thalami debita jura parat!

Huic



Huic etenim præstò est cœli terræque Monarcha,
A quò ceu rivò commoda cuncta fluunt,
Cum caput involuit vesana procella malorum,
Atque negat portùs candidioris iter;
Sors fundit multas gazas de divite cornu,
Frugèque condecorat jugera culta soli.
Tunc etiam potis es vocitari hâc parte beatus
HEISI, cum observes jussa verenda DEI,
Atque tibi adjungas castamque piamque puellam,
Quam vestit multò blanda lepore Venus?
Quotquot ab vndisonò prorumpunt æquore arena:
Tot sponsæ linguæ basia figetua.
Quot fulgent stellæ per amica scilientia cœli:
Tot figat labris oscula Sponsa tuis.
Quotquot nascuntur flores, cum tela per auras
Sol jacit, & roseò lumine spargit humum:
Tot donis de Sponsa beet, tot commoda vitæ
Adferat, & quicquid præstat amoris opus.
Vive diu: toto regnet concordia lecto,
Ac placidis alis limina vestra tegat.
Cumque rotam vitæ fatalia numina parca
Sistunt, & dicunt mortis adesse diem,
Ambrosiæ succis super ætheris axe fruaris
Cum Sponsâ, IOVAM supplice vocerogo.

Moris, amoris & honoris ergo de properabat

*Andreas Madinus Asca-
niensis.*

*Id 4212.
8.*


ULB Halle 3
002 391 589




So

Me
vom







16

MIA

E M

ONE

AVIRTUTE

RIIVVENIS

ISEI

VDICISSIMA

A

DN. ISAACI

CIVIS ASCA-

narij filiâ

s celebrantis

æ ergò ab Amicis

reas Rüdinger

C XI.

